



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Philippi Ecclesiae Eystettensis XXXIX. Episcopi. De
Eivsdem Ecclesiae Divis Tvtelaribvs. S. Richardo. S.
Willibaldo. S. Wvnibaldo. S. Walpvrga. Commentarius
nunc primum evulgatus**

Philipp <Eichstätt, Bischof>

Ingolstadii, 1617

XXIV. Conradus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70477)

XXIV. Conradus.

Conrado tota lex iuris erat bene nota.

Sedit annos XVIII. Obiit anno M. C. LXXI. Idibus Ianuarij. Fundator Monasterij Rebdorffensis non procul Eichstadio ad Altimulam seu Almonem fluuium, vbi etiam sepulturam accepit. Dicitur fuisse ex nobili familia à Morspach; Abbas primùm Wildsbergensis, Friderico Barbarossæ perquam charus & gratus, in cuius comitatu fuit, cum expeditionem in Italiam susciperet anno Domini M. C. LVIII.

Iste Conradus Eugenij III. Pontificis Max. de Monachis Heidenheimium reducendis decretum efficaciter exsequens, transactum dedit, quod vel improbitas, vel socordia, vel vtraque prius impedierat. Quapropter pro meritis laudes ab Adelberto refert.

XXV. Egilolphus.

Post hos Dux gentis Egilolph fuit Aureatensis.

Præfuit vndecim annos, & anno M. C. LXXXII. (Bruschius vno anno minus) insula & omni potestate Episcopali sponte sua se abdicauit, propter amissam loquendi facultatem, & manus dexteræ paralyfin.

XXVI. Otho.

Otto sua vite deduxit temporarità.

Sedit annis XIII. Mortuus anno M. C. XCVI. Interfuit translationi S. Valrici, Episcopi Augustani, vtdicitur in Chronico Augustano, quod D. Ioannes Pistorius publicauit. Construxit & consecrauit anno salutis M. C. LXXXVIII. Capellam in honorem Re-

O o sur-